

i. Dēscrībe sententiam Latīnam et trānsfer in Anglicam. x%

LATINA:

ANGLICA:

ii. Trānsfer hanc fābulam in Anglicam. xlv%

Ulixēs multās cōpiās nautāsque contrā Trōiānōs dūcēbat. Post victōriam in Trōiānō bellō, **ille** ad loca Cyclōpum venit; cum **hōc** sunt XII aliī Graecī. Eōs virōs in cavernam dūcit, et Cyclōpem malum, Polyphēmum, ibi inveniunt. Perīculum erat magnum; **īī**, autem, nūllum timōrem habent et īnsidiās faciunt. Ulixēs Polyphēmō dīcit, “Audī **mē**!– nōmen mihi est ‘Nēmō’”; tum, dum nox erat et iste Cyclōps dormiēbat, Graecī tignum in oculum **eius** agunt et sine morā ex illā cavernā fugiunt. Multī scrīptōrēs antīquī eandem fābulam dē Ulixē dīcēbant, et nōs **huic** multam laudem etiam hodiē damus.

iii. Scrībe cāsum et ūsum hōrum prōnōminum in hāc fābulā. xii%

- a. **ille** (līnea i): _____
- b. **hōc** (ii): _____
- c. **īī** (iii): _____
- d. **mē** (iv): _____
- e. **eius** (v): _____
- f. **huic** (vii): _____

iv. Coniugā haec verba in temporibus indicātis.

xii%

veniō, venīre in praesentī

fugiō, fugere in futūrō

1 _____
2 _____
3 _____

v. Scrībe duo imperātīva *faciō, facere*: singulāre: _____ plūrāle: _____ ii%

vi. Dēclīnā haec prōnōmina, in singulārī aut (“or”) plūrālī.

xiii%

	SINGULĀRIS	PLŪRĀLIS	SINGULĀRIS
N	tū	nōs	ea
G	_____	_____, _____	_____
D	_____	_____	_____
Ac	_____	_____	_____
Ab	_____	_____	_____

vii. Fill in each blank with an English word that demonstrates your knowledge of the Latin etymology (e.g., “A ‘laudatory’ speech is full of praise”).

vi%

- Having a legitimate “alibi” means you were in _____ place.
- The name “Beatrice” would suit a _____ person.
- “Centrifugal” force literally _____ the center of an object.
- A “neutral” party takes _____ side in a dispute.
- A “benefactor” _____ things _____ for others.

PRAEMIA ADDITA. I@ Poteratne Nīsus Euryalum servāre? _____

Quis īnsidiās contrā Rōmam faciēbat? (a) Cicerō (b) Catilīna (c) Africānus (d) Tīthōnus

Hic erat scrīptor librī, “Dē Amīcitiā”: _____ Haec dea Tīthōnum amābat: _____

Dēpinge Tīthōnum in cāveā: